



Chronicon chronicorum ecclesiastico-politicum

ex huius superiorisque aetatis scriptoribus concinnatum ; qua non modo pontificum, archiepiscoporum, abbatum, &c., set et doctorum armis literisque illustrium, dies natalis ... egregiaque eorum ... facinora ... breviter delineantur ...

Gruterus, Janus

Francoforti, 1614

XIII. Fabianenses, siue Fauianenses, aut Wigennenses, qui sunt Viennenses, Episcopi.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-64659](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-64659)

CATALOGVS FA-
BIANENSIVM, SIVE FAVIA-
NENSIVM, AVT WIGENNENSIVM EPI-
scoporum, qui sunt Viennenses, ab anno Do-
mini CCCCLXVI.
E Lazio.

MAMERTINVS, quem diuus Seuerinus
Norici ac superioris Pannonia post Achilæ
Hunnorum regis interitum, Apostolus ex
militum tribuno, Fabianis municipio in col-
limitis Pannonia Noricique episcopum de-
dit, Gelasio Romano Pontifice adficiente, annum circi-
ter salutis nostræ CCCCLXVI. Qua de re pluribus verbis
diui Seuerini à nobis reperta historia tractat.

Marcianus, ex monacho cœnobii diui Seuerini iuxta
mazina oppidi Fabianis eiusdem loci post Mamertinum
Episcopus constituitur: vt eadem diui Seuerini historia
habet.

Lucillus, is Fabianensis primo cœnobii prefectus, dein
Batavis castris ad Oeni & Danubii confluentes à diuo Se-
uerino Episcopus datus, post diui Seuerini ac Marciani obi-
tum, Fabianensem cathedram eisdem cum Batavensi auspi-
cijs administravit, qui porro eiusdem diui reliquias, Heru-
las à Longobardis deuictis, ac Friderico Herulorum rege
Christianam pietatem exuente, isthinc Neapolim in Ita-
liam traduxit.

Post quæ tempora præda relicta Longobardis ac Aua-
ribus fecundissima Pannonia terra, atque in ea Fabia-

nensis potissimum cathedra, simul cum saluberrima doctrina Christi esse desuit. Et aliquot interlabentibus postea annis, simul ut diuus Rudpertus Iuuauensem cathedram (in qua Maximus quondam sub diuo Seuerino praefuit) in integrum restituisset, & à Laureaco ad Auares in Pannoniam Cunaldum & Giselatium uerbi diuini doctores misisset, posito diuo Rudperto in Fabianis templo, paulatim ut Christiana religio apud Auares repullulare, sic & Fabianensis restitui sedes coepit: cui praefuisse à diui Rudperto aetate inuenimus, ut sequitur.

Cunaldus, à diuo Rudperto Auaribus Apostoles datus annum circiter à nato Christo D C X L. quem, diuo Rudperto in Fabianis, hoc est Vienna nostra, ad eum primum excitasse, uerisimile est.

Sodomus, sub Pipino rege Francorum, anno salutis factae D C C X L. à Ioanne Iuuauensi episcopo, & Vnithone Laureacensi & metropolitano, ad Auares in Pannoniam Noricumque missus est. Nam ut Eginhartus est auctor, quos à Carolo magno gestas conegessit, Auares usque ad Anisum fluium habitabant, eratque adhuc sub Carolo magno, anno uidelicet Domini D C C C. Anisus fluius uerisimile regni Francici Auarique, communis limes. Proinde Sodomum res ecclesiasticas in collimitio Norici Pannoniaeque cum constituisse apud Auares constet, uerisimile est hunc post Cunaldum longo intervallo, Fabianensem dioccesim administrasse. Qui autem inter Sodomum ac Cunaldum medii fuerint, à me nondum sunt deprehensi.

Haimo, hunc Virgilius Iuuauensis pontifex iam metropolitano à Laureaco ius adeptus, sub Zacharia pontifice maximo, & Pipino Francorum rege, Odilione quoque Boioatorum duce, ad Auares, ne deficerent à Christiana religione, in Pannoniam cum mandato ablegauit, qui in Fabiana Auaribus uerbum Dei explicare haud desinebat.

Post quae tempora iterum recidentibus Auaribus &
Hannis

Hannib ad solitam impietatem, simul cum religione episcopi in Fabianis esse deserunt. Donec factò à Carolo magno Francorum rege, magno in Pannoniam aduersus Auates procinctu, & victi Auates, & Christo simul, & Francico imperio vindicati fuissent. Tum, quod in antiquissimo diplomate à Ludouico Pio Caroli magni filio Pataviensi diocesi dato, legimus, nouæ aliquot diuorum basilicæ in potioribus Auaricæ, hoc est Noricripensis Pannoniarumque tractu, locis, à Carolo magno posita, Christianam pietatem apud barbaras gentes retinuere. Quam erat diuo Petro in Fabianis vna, in cæteris locis ad Danubii ripam in Norico ripensi in aliquibus singulæ, in aliis vero posita binæ, hoc est Tullana, Ceisenmuro (vbi Cæciliensis ala quondam statua habebat) Arrageuno, Pachlartro (vbi Atalensis classium præfectus sedebat) Trebnsee, Saxina, Roede & Sumbargo. Itaque cum Chabeanum Hunnorum principem cum vniuersa gente sua sacris vndis petuisset, nouo ex Christianismo Theodori addito nomine, tractuque illi Pannoniæ superioris inter Sabariam & Carnuntum distincto, Noricum ripense cum collimitis Pannoniæ, ipsoque Fabianensis diocesis tractu ad Lytabum fluiuium vsque, suæ Francorum genti habitandum concessit, dato Iuuauiensibus episcopis negotio, vt secundum antiquum eiusdem ecclesiæ obseruatum morem suos legis diuinæ interpretes ac doctores in Fabianis constituerent. Quorum inuenimus, à Caroli magni seculo, anno videlicet Verbi incarnati DCCC. vsque ad Caroli eiusdem stirpis defectum, annum videlicet Christi DCCCXIV. hos fere, vt sequuntur:

Theodericus, ab Arno Iuuauensi metropolitano, Auaribus & Sclauinis in Pannoniam superiorem & tractum terræ illi vltra Danubium oppositum, episcopus est datus. Cuius cathedra in Fabianis item erat.

Otto, ab Adalramo Iuuauensi metropolitano, Fabianis post Theodericum episcopus constituitur, & Auaricę gentis Sclauinorumque in orthodoxa fide doctor.

Osuwaldus, ab Adalbino Iuuaiensi Auatibus & Selaninis in Fabiana episcopus post Ottonem inauguratur, circiter annum Salutis nostræ DCCCLXV.

Radfridus, cuius antiquissimus annalium codex sub duobus Henrico Cæsare, anno Domini millesimo scriptus, sub finem in pontificum catalogo his verbis mentionem facit: Istius Leonis quinti temporibus Radfridus Fauianensis, & Wigonenensis, extitit episcopus, ubi quondam Mamertinus præerat. Porro Leonem quintum Romanæ sedis, sub Ludouico Arnulphi filio, Caroli magni pro sapia postremo præfuisse, ex Chronologiæ supputatione apparet. Quo tempore Auares & Hunni, tertio à fide Christiana deficientes ad scita Hungarorum, suæ originis terra & feroce gente, non solum Fabianensem diæcesim, cum Francorū in ripensibus Norico gēte depopulati sunt, sed promotis limitibus ad Oceanum usque fluiuium, magnis copiis per Rhætias in Galliam, perque Misniam & Thuringiam in vniuersam Germaniam excurrerunt non semel, annis videlicet à nato Christo 908, 909, 912, 916, 929, 933, 937, 944, 954, 955. Quæ uastatio Germaniæ intra hoc temporis intervallo facta ab Auatibus & Hungaris, aliam non modo in Pannoniâ & Norico, sed in vniuerso adeo Germaniæ Galliaque regnis amplissimis, Italiæque, & totius adeo Romani imperii intercapedine, nouam administrationem faciemque peperit. Nam imperii titulum ad se Saxones trahebant, in Italia Berengarius, in Galliis Rudolphus & Hugones, Odoneque rerum potestati cæperunt. Ita in regno orientali à Francis ex Pannoniis Noricoque conflato iam in Marchæ angustias utriusque ab Austribus Hungarisque, & ab occasu à Boioariis redactæ, Glabris siue Scipionis ius Babenbergenses comites, Albertus & Lupoldus, victis ad Melicū Hungaris: vniuersam vero ecclesiasticam prærogatiuam ad se Patauienses episcopi trahebant, Ioanne undecimo Romano pontifice, sub Ottone primo Cæsare, quatuor proximis Batauiensi diæcesi coniunctis, hoc est Quintaiensi apud Vindelicos, Ouilabensi & Laureacensi in Norico ripensi, & apud Pannonios superiores

Fabianensi. Atque ab eo tempore in Fabianis, vix prædij frequentiam ex tanta barbaricarum nationum depopulatione retinente municipio, suos Archidiaconos Batauiensis alere cœperunt, de quibus superiori Capite pauca quædam adiecit. Et demum sub annū Salutis nostræ 1144. cum Henricus primus dux Austriæ, omnibus sanctis in Fabianis ædem posuisset, à Reinberto tum Batauiensi Episcopo consecratam, parochi primi in Fabianis, quæ iam prima syllaba detracta Vienna & Biana nuncupabatur, constitui cœpi sunt. Quorum hæc fere nomina deprehendimus:

CATALOGVS PAROCHORVM

Viennensium.

Eberhardus parochus in recens posito omnium sanctorum augustiori paulo quam cætera erant templo, à Reinberto Batauiensi Episcopo constituitur, anno Salutis nostræ 1140.

Barcardus, præposituræ Batauiensi adiecit parochiam Viennensem, anno Domini 1160.

Sigehardus, vt Canonicus Batauiensis, parochum Viennensem egit anno Domini 1210.

Petrus, Magisterij dignitate insignitus, ex parochia Viennensi Batauiensis creatur Episcopus, in publico Viennæ habito concilio, anno 1266.

Gerhardus, magisterij item gradu præditus, vt parochus Viennensis, monasterium ad Cœli portas Viennæ, & Xenodochium in Clagnpaum extra urbem exorsus est, anno Domini 1270.

Bernhardus Bramboekh, vt parochus Viennensis, in Batauiensem eligitur Episcopum, anno 1280.

Gotofridus, præposituræ Batauiensi Viennensem adiecit parochiam, anno Salutis nostræ 1310.

Pollio qui præiam, vltimus parochus Viennensis, in omnium Sanctorum templo, quod iam à Batauiensis dioc-